



227  
E 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
227 E 26






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
227 E 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
227 E 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
227 E 26







~~111 I 111~~

~~111~~

227 E 26

NKn 217













*Pomassigando*

**Baptiste Bantvani Car**  
melite De vita diui Iodowici morbioli Et ad  
magnificum Iasonem Castellum patricium  
Bononiensem de contemnenda morte. Eius-  
dem in diuum Albertum Carmelitam Et con-  
tra poetas impudice loquentes. Carmina  
incipiunt.;





**E**pigrāma Rudoci badij Ascensij ad Calliopeam de autore sequentis operis magistro  
Baptista Mantuano ..

Desine castalios tantum celebrare liquores

Desere parnasi calliopea iuga

Te baptista vocat quo vate superstite sanctus

Mons Carmelus habet quicquid apollo potest

Quicquid apollo potest. quicquid concessit homero

Virgilio qui: quid contulit ille potest

Fac age diuinis dum subligis ocia rebus

Percurrat nitida plectra sonora manu

Psallat quale tuum vix posse sonare putares

Phoebum vel doctas ludere pieridas

Orpheus inferno potuit si educere manes

Coniugis. ille animas carmine in astra vebat

Vates claude auris. hominum ne laude feraris

Nemo tuis merito digna referre queat

Te decet angelicum carmen. te laurus opima

Quis te in superis parta corona manet

Mantua te genuit magni patria illa maronis

Per te smyrneas mantua vincit opes

Te quoniam viuo meruit tua mantua. quicquid

Laudis habet latium gręcia quicquid habet

Vine vale foelix o nostri gloria secli

Hęc inculta hilari carmina fronte legens.

**Ad Innocentiū, octauū, Pontificem maxi-  
mū: Cultissimi viri Baptiste Mantuani Car-  
melite Theologi: de vita Diui Lodouici mar-  
bioli Boni Carmen.**

Arime pontificū: triplicē qui fronte coronā  
Et duo sacrata qui geris arma manu  
Nostra tuis impar meritis faciūdia: nondū  
Alusa est in laudes soluere vela tuas;

Erescat vt: interea quēdam leuioza canemus:

Parua leuē faciunt ad grauiora viam.

Vladat ad audaci spacioza per equora cursu:

Discit in exiguo currere cimba lacu

Non igitur preclara tuę primordia dicam

Genis: et excellsum nobilitate genus:

Non patrię innumeras dotes: quę sufficit vna:

Classe sua toto bella mouere freto.

Bella mouere freto: partosq; referre triumphos:

Tam valide reimos tractat: et arma ligur:

Adria: et adriaci meminerunt lictora ponti

Quam grauis a lygurum venerit v: be furor.

Cum genuę miles terram populatus: et equoz

Oppressit venetos obsidione lares.

Pręterco ingenuos mores: mentemq; benignam:

Aureaq; egroto munera missa mibi:

Munera quę vires instaurauere caducas:

Et quibus in longos it meavita dies

Quale refrigerium terre solet imber aduste

Ferre sub ardenti cum iacet egra cane

Tale dedit nobis fuluo piscator in auro:

Qui trahit ex alto retia plena mari

*Cum est in  
paganis p[er] se ad p[er] se p[er] se  
m[er]ito*

*Classis in p[er] se m[er]ito*

*Supra ad p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se*

*Supra p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se*

*Supra p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se  
p[er] se p[er] se p[er] se p[er] se*

*Handwritten marginal notes at the top of the page.*

*Vertical handwritten marginal notes on the left side of the page.*

**Dona laborantem: rapidoq; in vortice totam**

**In placidos portus restitueret ratem**

**Pretereo summum terre: coeliq; fauorem**

**Et data virtuti premia tanta tue**

**Tu regis eternis inmensum legibus orbem**

**Et premis equali colla superba iugo**

**Sancta procul positi subeunt tua limina reges**

**Et pedibus figunt oscula prona tuis**

**Hec tamen in tanto tibi mens inflatur honore**

**Sed vehitur placida mitis habena manu**

**Hec: 7 plura suis olim memoranda diebus**

**Nunc sileant cytharę languida fila meę.**

**Nunc lege: que tenui resides excudimus orsu**

**Carmina: coelestis de pietate viri**

**De pietate viri: cuius mirabilis ardor**

**Rettulit in prisca tempora nostra decus**

**Ipsius illustrat presentia secula virtus.**

**Et leuat ex imo tempora nostra loco**

**Occiderat nostro diuum reuerentia seculo**

**Nullaq; diuinis gratia rebus erat**

**Pro pietate dolus: pro religione libido**

**Venerat: ex toto fugerat orbe fides.**

**Numina ridebant homines: vanumq; putabant**

**Vota dare auctori religiosa suo**

**Iste lycaonios mores in pallida mittens**

**Tartara: virtutes in sua regna tulit**

**Qualis in habramo pietas: vel qualis in ipso**

**Dextore sacrifici melchisedecis erat.**

**Talis in hoc dum vixit erat: scelus omne subegit**

**Victor. honestatis protulit omne genus**

*Handwritten marginal notes on the right side of the page.*

<sup>quodlibet</sup> Huic erat humanum superans patientia morem

<sup>Qualis in antiqua semine gentis erat</sup>  
<sup>Qualis in egypti patribus: qui rura colebant</sup>

<sup>Inuia: et ardenti marmora cocta die</sup>  
Nomen erat sacra ductum <sup>Lodovicus ab amne:</sup>

<sup>Mystica cum tenerum diluit vnda caput</sup>  
Morbiolus vero <sup>priscæ cognomine gentis</sup>

Dicitur: hac omnis cognita voce domus  
Protulit: et teneris puerum nutriuit ab annis

Et natale solum <sup>felsina docta fuit.</sup>  
Felsina dicta fuit <sup>sermone bononia prisco</sup>

<sup>Metropolis tuscæ dum regionis erat</sup>  
Flammios tractus <sup>Boi tenuere coloni</sup>

Ex quibus. hæc vrbis nomina facta serunt.  
Prisca noui casus mutare <sup>vocabula possunt</sup>

Et fieri nouitas a nouitate solet  
Lunicium nunc est: <sup>Byrsam dixere priores</sup>

Urbs noua nunc <sup>olim Parthenopea fuit</sup>

Moenia quæ veteri fuerant <sup>Bizantia voce</sup>  
Inclita romani <sup>nomina regis habent.</sup>

Gens huius nec clara fuit: nec nominis ex pers  
De medio vrbane sanguine plebis erat

Non robusta nimis: non imbecillia multum  
Membra: nec immensum nec breue corpus erat

Forma decens homini: coma mento. et vertice nigra  
Crispaq; cæsaries: oraq; fusca parum

Iste suæ nuper foelicia tempora vite  
Clausit: et ad coeli <sup>limina fecit iter.</sup>

Ultima seruiuit studijs melioribus etas  
Immundas habuit prima iuuenta manus

X iij

*Non vrbis non priscæ*

*quod quod... attendunt  
flammi...  
Flammios tractus  
Boi tenuere coloni  
Ex quibus hæc vrbis nomina facta serunt.  
Prisca noui casus mutare vocabula possunt  
Et fieri nouitas a nouitate solet  
Lunicium nunc est: Byrsam dixere priores  
Urbs noua nunc olim Parthenopea fuit  
Moenia quæ veteri fuerant Bizantia voce  
Inclita romani nomina regis habent.*

*Metropolis tuscæ dum regionis erat  
Flammios tractus  
Boi tenuere coloni  
Ex quibus hæc vrbis nomina facta serunt.  
Prisca noui casus mutare vocabula possunt  
Et fieri nouitas a nouitate solet  
Lunicium nunc est: Byrsam dixere priores  
Urbs noua nunc olim Parthenopea fuit  
Moenia quæ veteri fuerant Bizantia voce  
Inclita romani nomina regis habent.*

**Hancq; venenosi sensit contagia mundi**  
**Et vada lęthęę pene subiuit aq; ue**  
**Prima malis oritur circūdata moribus ętas.**  
**Et mouet in mentes plurima bella nouas**  
**Sordet 7 est ingens scelerum sentina iuuentus:**  
**Nec patitur frenos: nec iuga ferre potest:**  
**Ipsa potest toti tenebras inducere vitę**  
**Et vitę canos commaculare suis.**  
**Est fera nec leges: nec publica iura veretur**  
**Sicut 7 indomiti more superbit equi**  
**Est igitur primum duris arcenda lupatis**  
**Atq; graui semper sollicitanda metu**  
**Nec ferat in preceps hominem subigenda flagellis**  
**Excrucianda siti: conficienda fame,**  
**Adde: q; humanum rabies temeraria dicitis**  
**Fallit inaudita calliditate genus.**  
**Biciuiat inferni riuos ostendere fontis:**  
**Qui stygis in mundum flumina nigra ferunt:**  
**Ambitiosus honos: 7 opes 7 foeda voluptas:**  
**Hęc tria pro trino numine mundus habet**  
**Hęc sunt precipites furie: quibus vititur ardens**  
**Orcus: 7 in terram seminat omne scelus**  
**Hic rapuit misero saphiram cum coniuge vortex**  
**Terraq; mendaces condidit vna duos:**  
**Hęc obscura piūmersit dauida vorago:**  
**Hinc salomon preceps iuit in omne nefas**  
**Absolon elati furiję agitatus honoris.**  
**Flebile de querna fronde pependit onus**  
**Hęc pariunt rixas: rabidis fora litibus armant:**  
**Hęc acuumt acrimartia bella solo**

*Propositi off. hancq; venenosi sensit contagia mundi  
 Et vada lęthęę pene subiuit aq; ue  
 Prima malis oritur circūdata moribus ętas.  
 Et mouet in mentes plurima bella nouas  
 Sordet 7 est ingens scelerum sentina iuuentus:  
 Nec patitur frenos: nec iuga ferre potest:  
 Ipsa potest toti tenebras inducere vitę  
 Et vitę canos commaculare suis.  
 Est fera nec leges: nec publica iura veretur  
 Sicut 7 indomiti more superbit equi  
 Est igitur primum duris arcenda lupatis  
 Atq; graui semper sollicitanda metu  
 Nec ferat in preceps hominem subigenda flagellis  
 Excrucianda siti: conficienda fame,  
 Adde: q; humanum rabies temeraria dicitis  
 Fallit inaudita calliditate genus.  
 Biciuiat inferni riuos ostendere fontis:  
 Qui stygis in mundum flumina nigra ferunt:  
 Ambitiosus honos: 7 opes 7 foeda voluptas:  
 Hęc tria pro trino numine mundus habet  
 Hęc sunt precipites furie: quibus vititur ardens  
 Orcus: 7 in terram seminat omne scelus  
 Hic rapuit misero saphiram cum coniuge vortex  
 Terraq; mendaces condidit vna duos:  
 Hęc obscura piūmersit dauida vorago:  
 Hinc salomon preceps iuit in omne nefas  
 Absolon elati furiję agitatus honoris.  
 Flebile de querna fronde pependit onus  
 Hęc pariunt rixas: rabidis fora litibus armant:  
 Hęc acuumt acrimartia bella solo*

*Supra dicitur de hęc  
 et vada lęthęę pene  
 Prima malis oritur  
 Et mouet in mentes  
 Sordet 7 est ingens  
 Nec patitur frenos  
 Ipsa potest toti  
 Et vitę canos  
 Est fera nec leges  
 Sicut 7 indomiti  
 Est igitur primum  
 Atq; graui semper  
 Nec ferat in preceps  
 Excrucianda siti  
 Adde: q; humanum  
 Fallit inaudita  
 Biciuiat inferni  
 Qui stygis in mundum  
 Ambitiosus honos  
 Hęc tria pro trino  
 Hęc sunt precipites  
 Orcus: 7 in terram  
 Hic rapuit misero  
 Terraq; mendaces  
 Hęc obscura piūmersit  
 Hinc salomon preceps  
 Absolon elati furiję  
 Flebile de querna  
 Hęc pariunt rixas  
 Hęc acuumt acrimartia*

**H**ęc adigunt duros hominem tentare labores:

**E**t maris: et terrę sollicitare solum

**H**ęc humana suos vertit prudentia sensus

**H**ęc homines curas: et sua vota ferunt

**L**e quoq; certarunt hi tres Lodowice tyranni

**P**erdere: et in stygios precipitare lacus

**S**unt maris: et terrę diuisa pericula nobis

**Q**uemq; suę syrtis et sua scylla manet

**I**licitis vtrides lucris pessundedit annos.

**E**t vigil iniustas accumulauit opes

**F**ingere: fraudari: fictos componere vultus.

**D**octus: et incautos illaqueare pedes

**Q**ualiter hyberno lupus insidiatur ouili

**A**d tepidum matris dum cubat agna latus

**L**aliter ad nummos hic inuigilabat: et istud

**E**ximia dignum laude putabat opus

**M**ercurij tales memorant sub sydere nasci

**V**ersutos: duplices: foedi fragosq; viros

**C**allidus ad merces fuit: ingeniosus ad aurum

**N**ec minus in veneris gaudia pronus erat

**L**alibus insidijs clausus languebat: et istis

**A**rtibus ingenium se iuuenile dedit

**A**ffuit indulgens summi clementia patris

**D**e stygio lapsum traxit ab amne pedem

**S**ęua virum coeco febris circumdedit ęstu

**I**ntimaq; inuasit feruidus ossa calor

**P**rocubuit lecto: gemitus: lamentaq; surgunt

**E**t trepidant alto saucia corda metu.

**A**rida lingua sitim patitur: suspirat anhelum

**P**ectus: et alternis vocibus ora gemunt

**A** liij

Morte premi: venisse putat sua fata: diemq;  
Funeris: et vite tempora summa suę.  
Vertitur ad superos: et numina sancta precatur  
Notaq; dat: Res est religiosa timor  
Sic quoq; franciscus tenebras pallentis auerni.  
Fugit: et est tali raptus in astra modo  
Sunt qui blandicijs. sunt qui terrore vocentur  
Et tamen hos omnes spiritus vnus agit  
Blandicijs simon: flammis et fulgure paulus  
Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo  
Aegracaro prodest animo. defuncta reuixit  
Mentis ab egroto corpore nata salus  
Mens oculos in se vertens sua vulnera vidit:  
Erubuit: sordes ingemuitq; suas  
Aetheream pulsa vidit caligine lucem.  
Et noua de coeli splenduit arce dies:  
Mox furor est extinctus opum: deleta voluptas  
Moxia mundani pulsus honoris amor.  
Ars hoïem diuina nouũ formauit. vt ipse  
Ad veras patrię nos animaret opes:  
Esset et ignauos hoïes: qui posset ab orco  
Flectere: ad eterne limina sancta domus  
huius vt exemplo posset resipiscere demens  
Fellina: et errori ponere frena suo.  
Fellina que rixis. et fuso sanguine semper  
Sordet. Et eterna seditione fremit.  
Fellina que turgēt fastu' distenta superbo:  
Fellina Auaricię. Luxurięq; parens.  
Dic tibi monstrauit sanctę compendia vitę:  
Atq; breue ad coelos insinuauit iter.

Sic deus Albertum drepano concessit: ut omnis  
Insula per montes iret: et acta senis  
Illum magnus eryx: illum lilybæus honorat  
Et vada messani libera facta maris  
Sed mihi nunc esset plectro meliore sonandum  
Nam modo virtutis singula facta canam  
Hæc erat heroo res extollenda cothurno  
Nec fuit imparibus commemoranda modis  
Cum prius extincto coepit resipiscere mundo  
In piceam vertit tegmina prima togam  
Nec color artis erat. sed vellere natus in ipso  
Qualia carmelus tegmina verus habet  
Post aliquot coepit tunicis albensibus annos  
Vestiri: et cultu pauperiore tegi  
Sed neq; mox abiit summam virtutis in arcem  
In loca maturo se tulit alta gradu  
Ut maiora potens sumebat roboræ virtus  
Sic magis in corpus durus: et asper erat  
Arbor ut ex ima radice valentior exit  
Durior est cortex: asperiorq; liber.  
Hæc duo crescebant pariter: surgebat in horas  
Corporis asperitas cum probitate simul  
Sicut ubi æquæ vitis coniungitur vlnus  
Utraq; certatim tollit in astra caput  
Ipse decembrales brumas: et frigora iani  
In rudibus pannis: simplicibusq; tulit  
Calce tulit nudo gelidi graue sydus aquari  
Frigore concretis cum padus albet aquis.  
Calce lutum nudo: glaciemq; ferebat: et imbris  
Tergaq; saxosi puluerulenta soli



Forsitan obijecis nudis incedere plantis  
Qui meroes habitant. ethiopumq; domos  
Et qua nilus agros pingui foecundat arena  
Qui nigro pluuias a gara mante vehit  
Qua vetus extruxit babylona semiramis urbem.  
Tigris vbi armentas in mare voluit aquas  
Scimus. ⁊ hęc illis placidi clementia coeli  
Dona locis fecit. temperiemq; dedit.  
Illic perpetuo vestitur gramine tellus.  
Semper ⁊ assidui munera veris habet  
Semper alunt arabes redolentia cinnama campi.  
Semper habet foelix pingua tburra solum  
Humida semper habent tepidę sua balsama valles  
Semper habet violas. lilia semper humus  
Illic rura vides nullis albere pruinis.  
Ferre licet nudos illa per arua pedes  
Nostra nimis gelidam regio declinat ad arcton  
Terraq; sub sterili languet adusta gelu.  
Nos nimium flatu boreas infestat acuto  
Et vincunt scythicas frigoza nostra niues  
Vidimus astricto rapidissima flumina tergo  
Ferre viros longis plenaq; plaustra vijs  
Idertulit estiuos nudato vertice soles.  
Atq; caloriferę morbida signa canis.  
Vestibus attritis inopes circumdabat armos  
Qui prius ardenti murice clarus erat  
Impericapiti crines. impexaq; barba  
Oraq; neglecte rusticitatis erant  
Expulit argenti zonam splendore nitentem.  
Funis in immunda forte repertus humo

Coniuge deserta viridi cui nupserat eius  
Duxit ad extremum tempora casta diem  
Et quia non est fas gratis dimittere nuptam  
Pleriq; hoc illi non licuisse volunt  
Sed scelus est homini: scelus hoc impingere sancto.  
Nam quęcumq; fuit causa: pudica fuit  
Sedibus incertis errans alicęna subibat  
Lecta sibi propriam non tulit esse domum  
Urbe vagus: tandem lupari intra limina pauli  
Fecit. in obscuro vilia claustra loco  
Nec domus ampla fuit: verum breuis. atra latensq;  
Mansio: 7 in media vix ad eunda die  
Legerat hoc: veteris mores imitatus alexi:  
Hospicium pallens: multiformemq; casam  
Moesta sepulture fuit hęc pallentis imago  
Sic potuit fati flebilis esse memor  
Sic potuit multos animi conpescere motus  
Et stimulos tali debilitare modo  
Hac refecare solent sancti mala gramina falce  
Et nimis ardentem mortificare focos  
Lectus humus: vel st rata solo sarmenta. vel asser  
Durus: 7 ad nudam pallia dura cutem  
Sternebat fragilem stipulam: cum molle grabatum  
Debilibus membris posceret egra caro  
Siccum sanus erat: sic cum languore cubabat  
Elita fuit paulum deliciosa scelus  
Cervical non mollis anas: non plumeus anser  
Non dedit exuto vellere tonsa pecus  
Sed lapis: aut rigida conuulsus ab arbore truncus  
Ne premeret segni membra quiete sopor.

Longa fames macie tenues affecerat artus  
Crispabatq; cauam pallida ruga cutem  
Neue famescentem caperent obsonia linguam:  
Ibat in appositas multa fauilla dapes:  
Neue putes solitum lautis accumbere mensis.  
Altius hæc repetam: lucidiusq; canam  
Pinguibus abstinuit: nec viscera contigit ore  
Ne fieret menti seditiosa caro  
Panis: poma: nuces: hortensia gramina raro  
Cocta: cibus lustris ista fuere tribus  
Gramina si coxit nunq; tamen vnxit oliuo  
Nulla dedit ventri gaudia: nulla gulæ  
Squâmiferum forsan voluit si mandere piscem  
Torruit ardenti prandia parca foco  
Victus erat: qualem mundo primæua recenti  
Terra dedit: salso non vitiata mari  
Ante ratem noes: et fluctus ante marinos  
Quam iuga fatalis ferret in alta liquor  
Tunc erat agresti simplex sub cespite vita  
In lare fumoso: pauperibusq; casis  
Tunc gula parcebat gregibus: secura cubabat,  
Turtur: et insidias non metuebat aper  
Si pecus occiderat senio. morsuue luporum  
Forlan: et audaci si fera capta manu  
Tergore direpto nudatis viscera costis.  
Dilanianda feris: alitibusq; dabant  
Pellibus hirsutos velabant corporis artus  
Massagetæ contra bystoniaq; niues  
Nulla peregrino rutilabat murice lana  
Nam neq; ringendi velleris vsus erat.

Vestis erat: qualis pecori colorante fuisset  
Pastor erat gregibus concolor ipse, suis  
Carica: iuglandes: communia pabula, mensq;  
Diuitibus priscis: lactea massa faui  
Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris  
Gramen: auem: pecudes: deuorat atq; feras  
Non mare: non tellus satis est: inuaditur aer  
Prædaq; victrici sunt elementa gulæ  
Crescit aqualiculus: pingues lemargia vultus  
Pingit: et ad ventris pabula semper hiat  
Hinc venus: et veneris proles: et inertia surgit:  
Mens hebet: ars dormit. ingeniumq; labat  
Sed ne forte suo nimium de calle recedat  
Deserat excursus versa carina vagos  
Summa fuit genio fraudes inferre voluptas  
Et parco veneres extenuare cibo  
Pocula flumen erat: liquido vel flumine bacchus  
Debilis: et cyatho frigida vina breui  
Terra est omnipotens: fit inutilis equore bacchus.  
Propterea nautis præda: iocusq; fuit  
Noctibus in lachrymas oculos: in verbera pectus  
Soluit: et admissi criminis ultor erat  
Corde graues christi poenas voluebat amaro  
Membraq; crudeli dilacerata manu  
Vulnera: et in sacrum spicula fixa caput  
Zimbre graues oculos: humentemq; de columnam  
Et madidam fluidi rore cruoris humum  
Captus imaginibus numen conceperat istis  
Plenaq; diuinæ pectora lucis erant

Pro miseris mendicus erat: pro paupere questor:  
Diuitijs inopes sepe iuuabat inops:  
Languida ne fessam sopirent ocia mentem  
Sculpebat facili candida signa manu  
Effigies albo sacras signabat in ossè:  
Celestes imitans mente: manuq; viros  
Ossibus illorum vultus: sibi reddere mores  
Doctus. in officio sanctus utroq; labor  
Ne leuis in cautam tentaret gloria mentem:  
Suspectum armato milite clausit iter:  
Manq; ea virtutum surgit de semine pestis.  
Foetus ut e pingui noxius exit humo  
Sepius in vanas transit vindemia frondes:  
In lolium segetes degenerare solent  
In vitium: nisi sit virtus abscondita: transit  
Et spoliat mentes gloria vana pias.  
Ipsa suis igitur metuens hunc frugibus imbrem  
Inuenit facilem sedula cura modum:  
Nam modo per vulgus pando vectatus a fello  
Ibat: et vrbanc; fabula plebis erat  
Uimine nunc duplici compressus acumina linguę:  
Per fora communis publica risus erat  
Hunc in vincula manus mittens: ad colla capistrum.  
Effigies capti vera latronis erat.  
Sepe suos hostes bonus hoc stratagemata miles.  
Elicit et expugna sepe rediit ouans  
Artibus his curas legi subdebat inanes:  
Ista rebellantis vincula carnis erant  
Dignior est qui se: q̃ qui fortissima vincit  
Oppida: nec virtus altius ire. potest:

Est hominum natura ferox et dura: leonum  
Impetus est leuior: tigridis ira minor  
Centaurus: hydra: lapithae: nemeaeque leonem  
Cacum. et gerionem acripedemque feram  
Pblegreos: ericem: volucres. et amazona fortem  
Anthemum: hesperides oebaliosque lares  
Et geminos angues: acheloida cornua: troiam  
Alcides domuit: tergeminumque canem  
Omnia qui domuit veneri seruiuit: et ire  
Pertulit hoc nullo victus ab hoste iugum  
Discite quos ducit per sordida lustra cupido  
Quos vaga per prauum semita flectit iter  
Discite quas leges honor: et que lora voluptas  
Poscat: ad iniustas quod medicamen opes  
Uertite per gressus hominis vestigia sancti  
Nos feret in mores orbita sancta pius  
Hec mala prosperitas grandem latura procellam  
Ducit ad ignota stagna vada sae freti  
Flectite vela citi: loca iam male tuta videntur  
Excitat iratos sylla propinqua canes  
Sancta per hunc sacri creuit reuerentia cultus  
Et pietas miro floruit aucta modo  
Manus salutiferi corpus venerabile christi  
Ex igua veluit religione coli  
Candida solemniter celebrentur ut orgia ritu  
Instituit tendas: multiplicisque focos.  
Ardentes statuit lychnos altaria circum  
Ut sacer accenso luceat igne locus.  
Summa dei claram poscit sibi gloria lucem:  
Flamma deo debet: coelitisque dari

Sicut enim tristi nox est æterna sub orco.  
Perpetuam coeli sic habet aula diem  
Taliter immensos superum testamur honores  
Nec minimum lux est religionis opus.  
Ardentes pedibus nudis orabat ad aras:  
Ipsa premens nudo marmora nuda pede  
Interea tremulo torpebant frigore membra:  
Et sensim penetrans ibat in ossa rigor:  
feruida diuino virtus accensa calore:  
Durabat nullo diminuenda gelu  
Illecebras vitæ molles deus odit olympi  
Clausula voluptati desidięq; domus  
Sicut in ardenti phoenix se collocat igne:  
Ut reparet vitæ tempora longa suę.  
Sic meditans longos coeli Lodouicus honores  
Omne laboriferum sponte subiuit opus  
Nec tantum exemplo: verum et sermone vocabat  
Ad superum turbas limina sancta rudes  
Undiq; vicinas studuit documenta per vrbes  
Spargere extinctam viuificare fidem  
Id mutinę pubes meminuit: lepidi/propinqua  
Noenia 7 agrestes culta per arua casę.  
Et noua quę niueis albet ferraria muris  
Et senior vitreo mantua cincta lacu.  
Romanis aquilę ducibus vexilla. sed isti  
Christus in albenti sindone pictus erat  
Hoc insigne manu per rura ferebat 7 vrbes:  
Sola docens magna castra sequenda dei.  
Discite quas curas: quantos conceperat ignes:  
Quantus in accenso pectore feruor erat

Quo studio. quali christum retinebat amore  
Sancta fides animo roborata quanta dabat  
Artibus his animos resides. ⁊ surda mouebat  
Pectora. ⁊ ad coeli numina calcar erat  
Et melior nolens alijs. maiorve putari  
Sepe aliquod finxit desipientis opus  
Namq; sacerdotum sacros ambiuit honores  
Et tumido fastu se simulauit agi  
Non tamen austerę summo de culmine vitę  
Decidit. angustum continuauit iter  
Namq; instare videns supremę tempora vitę  
Zetus ad ęternas corda leuabat opes  
Cantat. ⁊ ingratos vitę finire labores.  
Gestit. vt ad mortis limina venit oloz  
Pręmia conspiciens longi sudoris arator  
Gaudet frugiferę messis adesse diem.  
Sicalacris nostro fugiens lodouicus ab orbe  
Id sibi iucundum significauit iter  
Anxia corda premens vitę iam limina morbus  
Ceperat. ⁊ fato callis apertus erat  
Cum domus egrotum miserans tellure iacentem  
Membra dedit molli iam <sup>mo</sup>rbunda thoro  
Non potuit plumas. nec linea stragula ferre  
Sed reptans gelidam corpore pressit humum  
Corpus ait terra est. humili date corpora terre  
In sua foelici mens eat astra pede  
Post sacros fidei ritus de more peractos  
Mens abiit putri dissociata luto  
Febris. ⁊ exiliens late de naribus humor  
Sanguineus. moeste causa fuce necis.

B j



Extinctum tumulo solemnī funere corpus  
Redditur: et celebri condita busta loco.  
Singula tractanti: nulla ratione tacendum  
Quod propriam multo viderat ante necem  
Udit: et ante nouem dixit sua funera menses:  
Et sibi supremam non procul esse diem:  
Mens pia subsidium medicine sibi noluit artis:  
Mox agates soli fidere docta deo  
Frigus et hibernum tolerat sine crinibus imbrem  
Arbor et exuto corpore nuda tremat.  
At ubi clausa tepens per rura fauonius intrat  
Incipit albenti luxuriare coma  
Humida per ligni graciles alimonia venas  
Serpit: et imbibitus suscitatur ossa calor  
Purpureum miscet frondis cum flore decorem  
Et parit ornatus multicoloris opes  
Taliter hic iacuit plures inglorius annos:  
Et tulit immensum vilis et eger onus  
Sed modo coelestem post funera sumptus in aulam  
Gliscit: et eterna fertilitate viret.  
Sic quoque defunctum post debita secula corpus  
Surget: et antiqua vestiet ossa cute.  
Tunc iterum notos animus labetur in artus:  
Altaque terrestri vadet in astra pede.  
Mona pruinosa iam lux erat orta nouembris:  
Cum leuis ad patrem se tulit umbra suum  
Lustra decem vitæ: binosque peregerat annos  
Hæc fuit humane meta suprema viæ:  
Ante fores petri gelidam conuersus in arcton:  
Est locus antiquæ religionis opus:

Hic iacuit primum: post sex a funere menses  
 Eructus: et magna conditus eade fuit  
 Hic noua concursu fiunt miracula magno  
 Ulotaq; dat sacro fessina tota loco  
 Qui venit egrotans: redit ad sua limina liber  
 Et miseros homines ossa sepulta iuuant  
 Loipedes: oculis capti: nodisq; podagre  
 Diuinam illabi testificantur opem  
 Summa virum probitas: simul et miracula sanctum  
 Esse probant: fidei si sit habenda fides  
 Mague pater. qui res hominum specularis. ab alto  
 Vertice: consultes iudiciumq; feras  
 Nam nihil audendum temere: nec dicere sanctos.  
 Conuenit: ascensum nominis ante tui  
 Si tamen hunc liceat coelestibus addere diuis  
 Surgeret etatis gloria summa tue  
 Sic tibi prosperitas. te nestoris: atq; sibyllę  
 Secula in æterni nectaris arua ferant  
 Hactenus hæc: olim cum nos dñaueris urbe  
 Romulea: plectro te melior ætatem

### ¶ Finis

Ad magnificū Jasonē Castellū Patriciū Bononiensem. Doctissimi uiri Baptiste Matrui Carmelite theologi De ptenēda morte Carmē  
 Vid moeres fatumq; times oblita tui mens  
 Stulta quid hoc tantum debile corp⁹ amas  
 Dñ trepidas: tu⁹ iste dolor mea viscera torq̃t  
 Efficiunt corpus vulnera mentis iners

¶

Desine tristari: fato non omnia parent:  
Pars rerum necis est sub ditione minor:  
Nam deus imperium vitę prestantius esse:  
Atq; breues mortem iussit habere manus  
Unda solum pereunt: perit humidus æther 7 ignis  
Occidit: 7 quicquid quattuor ista creant.  
At quia non isto sunt edita semine: semper  
Frons eadem coclo syderibusq; manet  
Ipse tamen rerum Pater omnia soluere possit  
In chaos antiquum: materiamq; rudem.  
Sed quas ante dedit vult omnia legibus vti:  
Maturq; suum robur inesse sinit  
Que fecit victura manent: nec viribus vllis  
Elicta: nec a longa sunt peritura die  
Que mansura minus morturaq; condidit: eun  
Dentibus: 7 morbi pondere pressa cadunt  
Que superant ignes: iussit consistere semper  
Orbe sub extremo debile clausit opus.  
Sunt igitur vitę latissima regna. sub astris  
Imperat angusto mors inimica sinu.  
Omnia nec celeri: que delia circuit axe  
Debita sunt fati: interitum ve petunt:  
Nāq; hoim quum sint mortalia corpora. mentes  
Aeternum durant: perpetuęq; manent:  
Principijs etenim non sunt ex quattuor ortę.  
Hoc deus ex nullo semine finxit opus  
Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens  
Stulta quid hoc tantum debile corpus ama s:  
Quis regit hos orbes: quis lucida sydera torquet:  
Dic age: que vires corpora tanta mouent:

Vter. autumnus. hyems. foecundaq; messibus estas  
Cur redit: has verso quis agit orbe vices.  
Corpora spiritibus sunt subdita. corpora mentes  
Ipse agitant: coelum mens mouet atq; rotat  
Mens sedet in nitido sublimis vertice mundi  
Atq; suum vegetat: cingit: et implet opus.  
Cernit et humanos illic examinat actus  
Huc venit ex illo morsq; salusq; loco.  
Orbis adiunxit mentes animasq; minores  
Et docuit tantę flectere molis iter  
Hoc pariter ventos: hoc nubila: sydus: et imbres  
Duxit: ab hoc oritur martius igne furor  
Tardius et radijs pallens lucentibus astrum  
Soluic: in humanos bella necemq; lares  
Inde fames terris: hinc pingua pabula surgunt  
Hinc iocus. et requies: hinc dolor. et lachrymę  
Mentibus his igitur leges artemq; mouendi  
Tradidit: his mundum motibus ether agit  
Et regat humanos mens est infusa per artus  
Corporis: hec menti machina parua subest  
Spiritus maior datur vt maioribus orbis  
Sic animus seruat membra minora minor  
Ipse potest acremq; iram: veneremq; tomare  
Subq; suo calcat vota superba pede.  
Liuiorem: nummiq; sitim: morbosaq; ventris  
Gaudia: torpores segniciemq; fugat.  
Te deus his rebus mea mens p̄fecit: vt omnes  
Arte malos motus ingenioq; premas.  
Tu vt tres effunde tuas: nec cede labori  
Ista ministerio credita cura tuo est

B iij

Est deus: est ether: precium certaminis huius  
Efficiant pugnam premia magna leuem  
Gladiis in ethereas a corpore libera sedes  
Conuenit eternis mentibus ille locus  
Coelestes anime sociam te in lucida tollent  
Atria: foelices esq; habitura domos.  
Tristibus a tenebris in regna vocabere coeli  
Atq; tua tanges astra: polosq; manu  
A graibus curis a sollicitudine longa.  
In requiem venies: pacificosq; lares  
Virgineosq; choros inter spaciabere campis  
Elysijs: nonas qua tegit orbis aquas  
Inter abundantes coelesti nectare mensas  
Stabis: 7 ambrosia pocula plena bibes  
Coelorumq; tuas vox blandior imbuet aures  
Tanta futura tua est gloria: tantus honor  
Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens:  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas  
Ut fluat in cineres opus est caro: nudaq; neruis:  
Ossa diu iaceant: atq; tegantur humo  
Mature iubet hoc lex inuiolabilis: atq;  
Deu nimium primum noxa luenda patris  
Sunt iterum nostrę rediturę in corpora mentes.  
Fractaq; membra suis restituenta locis  
Sed quid inepta times: non es passura dolorem  
Solutus inest morti poena timenda timor  
Fac timor abscedat: non sunt in morte dolores  
Quid timeat nescit: qui sua fata timet  
Languida namq; potens vbi vincere pectora languor  
Incipit: in toto corpore sensus babet  
*hebet*

Pugnaq̄ iam cessat postq̄ natura veneno  
Cessit: ⁊ hostilis abstulit arma manus  
Victa iacet virtus: sine vi subit atria languor  
Frigidus: ⁊ vitę depopulatur opes  
Mors vbi iam sua signa videt procul arce locari  
Ingreditur placido pallida membra pede  
Languor enim cantus necis armiger. *impia furtim* *cautus.*  
Castra mouens: hostes obsidione premis  
Non tuba: non litui: non erea cornua clamant.  
Non faciunt vllos ora: nec arma sonos  
Miles vt ad muros queat improuisus adesse:  
Ipse deus plantas iussit habere leues  
Castra necis sunt: hęc: hoc milite proelia miscet  
Languor: ⁊ armigeram mittitur ante necem  
De fragili velox animi fuga corpore mors est  
Expectanda magis: q̄ metuenda viro  
Si qua ferunt egri vicine tpe mortis  
Non facit immensus horrida signa dolor  
Occurrunt varię: quasi somnia vana figure:  
Perturbantq̄ animos incutiuntq̄ metus  
Propterea multos speculis audiuimus altis  
Sępius: ⁊ summo desiliisse loco:  
Hoc facit illudens fallacis imaginis error  
Et pavor: occulto formaq̄ falsa modo  
Et stipule medio cernuntur in igne moueris  
Et neq̄ tristities nec dolor vllus inest:  
Quid moeres. fatumq̄ times oblita tui mens  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas:  
Quare ita degeneras vt ames mortalia tantum:  
Nec videas ortus principiumq̄ tuum

Igne quum tibi sit vis ⁊ coelestis origo  
Quid cupis hac lutea viuere clausa domo.  
Quid tibi cum saxis: quid cum tellure lutoꝛ  
Ipsa dei vultus effigiemq; geris  
Ista relinque feris. tua sunt coelestia tecta  
Non patria est nobis terra. sed exilium  
Quid precor exilium patrię preponere mauiſ  
An ne tibi exilium dulcius est patria.  
Expectat te summus apex. te regia coeli  
Clamat. ⁊ eterni curia sancta patris  
Dic age iacturam quid amas: tua damna quid optas  
Nonne putas summo damna carere bono  
Dic age quid trepidas mea mens ad amica venire.  
Limina: quid poenam suppliciumq; times  
Sordida si frons est. si sordida crimine vestis  
Corde dole. Crimen diluit omne dolor  
Scimus enim que sit nostri clementia patris  
Quam ve sit ad nostras prona fauensq; preces.  
Corda deo dabimus. lachrymisq; litabimus illi  
Vult humiles animos. vult pia vota deus.  
Si luges: pater indulgens seclus abluit omne  
Et redit in vestes gratus ⁊ ora color  
Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens:  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas  
Virga recens zephyris: at neruo vincitur arcus  
Igne calybs: adamas sanguine. Corde deus  
Grata deo non sunt fumantia thura: nec arę.  
Nec facta: si cordis religione carent  
Cedite terrenę: turpissima vincula: curę  
Cedite: nec mentes sollicitate pias.

Nomen: forma: salus: honor: atq; potentia: regnum

Et magnę fato subiiciuntur opes

Hęc percunt: tu sola manes: tu nata tonantis

Mens mea fronte hilari regna paterna pete

In gremium patrisq; sinus. 7 in oscula curres

*gremium*

Surget in amplexus regia tora tuos

*tor*

Frontiserta dabunt humeris velamina. crescent.

In reditū plausus læticięq; tuo.

Tantus enim sanctos amor 7 concordia ciues

Jungit: vt vna omnes mens animusq; liget

Unus in cunctos serpunt bona. qui datur vni

Micta cunctorum pectora mulcet honor

Propria virtutum variant insignia quosdam

Sed tamen exillis publicus exit honor

Uadelibens 7 sponte pedem trans sordida mitte

Lumina: nec mortis nomen inane time

**C**Fratris Baptiste Mantuani Carmelite

**T**heologi in diuum Albertum Carmelitam

Ensis augusti redeunt honores

Fulget auleis paries 7 arę

Ignibus lucent. thymiana nubem

Fundit odoram

Coetus alberto populi frequentis

Uota persoluat referatq; grates

Et salutaris veniant ad vnde

Docula turbe

Sapphicis ergo modulemur hymnis

Aruo tam claro decorata partu

*aruo*

Prolis: 7 nunq; celebranda dignis

Laudibus acta.

**C j**



Hinc leuat frontem Llybeus altam  
Arduas illinc Erycis cacumen  
Despicit rupes Drepanumq; curui  
Lictoris urbem

Qua vident phoebum siculi cadentem  
Atq; Didonis tyrię superbum  
Lictus: 7 regnis inimica semper  
Regna latinis

Inde preclarum genus inde sanctę  
Traxit albertus documenta vitę  
Atq; carmeli fuit 7 sicane  
Gloria terre

Cum puer septem superasset annos  
Moxe baptistę fugiens paternum  
Limen: ad sacram properauit alinę  
Virginis Aedem

Hanc palestini tenuere patres  
Qui per occultas habitare valles.  
Vatis belię studium securi  
Ante solebant

Candido velans humeros amictu  
Vertit ad mores tenerum seueros  
Corpus: 7 canos iuuenilis etas  
Induit annos

Vicit altricem seclerum iuuentam  
Atq; fallaces berebi figuras  
Cam puellari redimita cultu  
Venit imago

Semper a curis animum caducia  
Flexit: ad vitę studium beatę

Risit humanę genus omne laudis

Risit honores

Peruigil somnos abigens inertes

Uel pios ibat manus in labores

Uel reuisebat meditans utrumq;

Lingua volumen

Feruidam ventris moderans orxum

Fluminis potu tenuiq; mensa

Debiles raro recreabat egri

Corporis artus

Regię spreuit thalamum puellę

Arua thesauros parijsq; fulcas

Porticus saxis: tyriog; vestes

Durice tinctas

Ibat in casus patienter omnes

Prosperam sortem tulit ⁊ sinistram

Sicut inuictis scopuli marinos

Pectore fluctus

Criminum nullo superatus Aestu

Maximas coeli meruit fauores

Et potestatem super ima mundi

Regna minoris

Spiritus tacto vitreum lapillo

Fregerat lychnum puero legenti

Nocte lucentem tenuiq; lumen

Igne ferentem

Frusta collegit puer ⁊ silenter

Tristis effudit lachrymas ad aram

Frusta coniunctis coiere labris

Corpus in vnum.

¶

Arua Messang cruciata longa  
Mortis erumna: meminere quando  
Vexit ignotus pelagi per vndas  
Mauita fruges

Ciuitas duro famis in periclo  
Dox erat tristi peritura fato  
Notus Alberti prece supplicantis  
Audijt ether.

regio Tota vicini regia Pelori  
Risit ad tantę subitum salutis  
Muncium: ver se petiere prore  
Littus iberum.

Languidos pota reparauit vnda  
Inde translatus fuit ad nepotes  
Nos: vt vndanti fluuio quotannis  
Labra coronent

Transijt siccis rapidum per amnem  
Passibus: castum tulit vnda corpus  
Militat casus pietas inermis  
Luta per omnes

Ora leprosis populata squamis  
Osculans: tetra cute seuientem  
Depulit morbum: nituitq; primo  
Corpus honore

Spiritus aule stygie procaces  
Qui sub humanis violenter audent  
Inquietantes habitare membris  
Trusit ad orcum

Iura nature rigidamq; legem  
Mortis: et fati validum potentis.

Robur inflectens: animam latenti

Traxit ab orco

Tale mirati facinus profunde

Judices noctis timuere rursus

Me dei proles iterum silentem

Viseret vmbra

Sponte non vlllo ferientis ictu

Aera de summis sonitum dedere

Turribus: quando superum petiuit

Spiritus arcem

Ante conspectum populi frequentis

Ad viri funus cecinere laudes

Munciij summo tenuem per auram

Aethere lapsi

Corporis manans odor insepultri

Extitit multis medicamen egris

Ipsa languores varios fugabant.

Saxa sepulchri

Ante nocturnę referentur vmbę

Et dies phoebe fugiente curru

Occidet: q̄ sit recitata tante.

Gloria laudis

Nunc ab illustri siculos olympo

Cernit: z curans patrię salutem

Aequor z notę spaciofa terre

Regna gubernat

Sit precor nostri miseratus qui

Tempus infoclix: miseramq; sortem

Pestis instantem: famis atq; belli

Auferat iram

C iij

Auferat vitę scelus expiandę  
Et suis placans precibus tonantem  
Non sinat tantis hominum subesse  
Regna periclis  
Non sinat gentes Asię superbas  
Ferre per nostros truculenta fines  
Ora: nec sequis violare nostras  
Ignibus vibes  
Sed per optatam placidę quietem  
Dacis: ad mundi melioris altram  
Quando supremę volat hora vitę.  
Transferat arcem

### ¶ Finis

¶ Fris Baptiste Mätuani Carmeltę Theoz-  
logi ptra poetas impudice loquętes Carmen

Ant quibus eloquię datur aurea vena poete  
Sed cadit in sordes. inficitur q̄ luto  
Nam cyprię curas ⁊ olentia gaudia ponunt,  
Claręq̄ tam foedo mergitur vnda lacu  
Hoc decus hoc animis carmen celestibus aptum  
Rebus in immandis degenerare nefas  
Dona dei carmen nitidum facundia p̄stans  
Mittitur ex astris a superisq̄ datur  
Est tuba romane fidei legumq̄ pocis  
Quę canat heroo sacra deumq̄ pede.  
Carmina quę sanctos deus ipse parauit ad vsus  
Impia mortiferi criminis arma facio  
Quid maculas turpi diuina libidine dona  
Quid teris immanito munera tanta pede

Non ita hieremias docuit. non thracius orpheus.

Monita Jessei regia musa senis

Sancta prophanari scelus est delebile multo

Verberc: supplicio culpa pianda graui

Vita decet sacros ⁊ pagina casta poetas

Castas enim vatum spiritus atq; sacer *custas*

Si proba vita tibi lasciuaq; pagina: multos

Efficis incestos: in veneremq; trahis

Verba mouent animos oris lasciua pectus

Pulsat. ⁊ in venas semina mortis agit

Improbis has sordes in carmina seminat orchus

Cui studium mentes commaculare pias

Non secus ac vitreum si quis vult ledere fontem

Proijcit in dulces putre cadauer aquas

Hoc animaduertas quicumq; poemata condis

Est opus: a stygio fer procul amne pedem

Pelle pharetraticum matre cupidinis arcum

Atq; dionco subtrahere colla iugo

Mater adulterij venus est stupriq; repertrix

Atq; lupanari fornicibusq; fauet

Casti dei genitrix castus regnator olympi

Mens capit ambrosias non nisi casta dapes

Lex venerem festis vetat exercere diebus

Sacra ministrorum corpora casta volunt

Pierides castę. castę libetrides vnde

Tota pudiciam vera poesis amat

Est helicon virgo. virgo Penecia daphne

Castalides aiunt virgine matre saras

Ite procul veneris vates heliconis ab amne

Virgincus vestro lęditur orliquor. C iij

Non hedere vobis phoebi non conuenit arbor  
Non amat incestas casta corona comas  
Tarus olens: ruca salax: grauis herba cicute  
Sordidulos vates taliaserta decent  
Salmacis est vobis Helicon: date vota priapo  
Hellepontiatis ponite thura focis  
Sic liquor Asphalti vobis pro phocidis vnda  
Strungit vbi infames sulphuris ardor aquas  
Decline: pone lyram vates insane: nec ultra  
Cum stygijs dirces flumina iunge vadis  
P'ostituis musas meretricis imagine facta  
Ante cauernosi fornicis antra locas  
Frangis honestatem frontis gremiumq; sinumq;  
Soluis et infames mittis in ora modos  
Omnia das turpi musis loca sacra Dione  
Atq; pudicitie non sinis esse locum  
Propterea merito pro vate vocabere leno  
Elogio sceleri conueniente tuo  
Si legeret casu spurcum Lucretia carmen  
Contereret presso carmina lecta pede  
Quod prohibet fieri quod vult natura taceri  
Promis: et vrbani mellisuumq; putas  
falleris haud aliter q̄ qui pro piscibus hydros  
Pro violis tribulos aut aconita legit  
Id canis a sola quod sit meretrice videndum  
Quod nisi lasciuo non queat ore legi  
Iprocula grauium cętu scelerate virorum  
Fer procul a sacra relligione gradum  
Hec leuitas grauibus fit perniciofa poetis  
Namq; leues studio credimur esse pari

Non bene de fidei rebus sentire putamur  
Innocui culpę lædimur ense tuę  
Hi veriti non sunt sanctas per scorta sorores  
Ducere: et ad tantum sollicitare nefas  
Vina Dimallonię vobis dant cretica bacchę  
Et vetat infundi sordida thyas aquam  
Tale docet semelles puer et læmargia carmen  
Bacchidas et veneres ista poesis olet  
Castalium veri potant non vina poetę  
Sobrietas fons est ebrietasq; merum.  
Qui bibit assidue gelidis de fontibus undam  
Et vitreo siccam diluit amne sicim  
Carmina casta facit veneris commercia vitat  
Nec mouet aduersus ora pudica leues  
Vina iocosq; canunt veneris Bacchiq; poetę  
Quod latet in vapido pectore carmen olet  
Hi sunt quos statuens sancti consortia coetus  
Esse procul iusta iussit ab vrbe plato  
Fautores scelerum corruptoresq; iuuentę  
In mala deceptum plurima vulgus agunt  
Dumq; licere volunt suasit quecunq; voluptas  
In mores aciunt spicula multa pios  
Improba garrulitas verbisq; procacibus ardens  
Seminat in sanctam noxia verba fidem  
Imiser et veniam superos pro crimine posce  
Ante flagellati vulnera quinq; dei  
Vocę genu flexo lachrimis et pectore tunso  
Fletibus erroris damna repende tui  
Carmine qui celebrat vesana cupidinis arma  
Et venci neruos ingeniumq; dicat



*jacis*

Hic iacet in sanem violas: in stercus amonum  
Atq; sub obsceno lilia verna sues  
Sulfuream lethe haurit de fontibus vndam  
Et stygiam lato gutture potat aquam  
Se facit indignum superos qui cernat ⁊ astra  
Nam miser in solam lumina vertit humum  
Transfugit a superis ad limina ditis. ⁊ ardet:  
Gaudia contempto luxuriosa deo  
Est opus ardentem frenis arcere iuventam  
Nec sinere in mores luxuriare malos  
Collige terrenis mixtum de sordibus aurum  
Gemmaq; in illustri splendeat ista loco  
Est deus est trinum semper laudabile numen  
Unde trahunt rerum semina prima genus  
Spirituum soboles coeliq; decemplicis astra  
Astrozumq; vices multiplicisq; vie  
Sunt animę diuum nitido quis ethere virtus  
Donat: ⁊ hos sanctos indigitesq; vocant  
Et que materiam prebent elemento caducis  
Rebus: ⁊ eterne dant alimenta neci  
Sunt erebi manes: sunt tartara nigra: lacusq;  
Sulfurei et nigri regna profunda iouis  
Sunt loca poenarum: sunt alte ergastula mortis  
Sub quibus eterno lucifer igne calet  
Sunt scelerum poene tormentaq; debita nostris  
Sordibus: ⁊ veneri carminibusq; tuis  
Sunt ea que profert aer que parturit equos  
Que generat pingui dędala terra sinu  
Multicolor facies agri sylvęq; comantes  
Multisonę volucres. multiuagęq; ferę

Sunt sophie partes: est ingentosa matheſis  
Verbaq; clamorū litigioſa fori  
Sunt hominum vitę: ſunt digni negocia verſu  
Plurima geſta foris. plurima geſta domi.  
Collige diuorum mortes: ⁊ fortia facta  
Incluta martyrij bella rubentis habes  
Iugera multiferę tibi ſunt telluris ⁊ horti  
Nauigium merces veliuoluntq; mare  
Sunt tibi pampineo veſtiti palmitē colles  
Sunt iuga: ſunt valles: multicomumq; nemus  
Arua lacus vibes: caſtella: ſuburbia villę  
Sunt caua. ſunt tenui flumina preſſa vado.  
Elige de multis aliquid. tibi copia rerum  
Maxima: materiam carminis iſta ferent  
Nata freto venus eſt: veneremq; ſub equora mitte.  
Infima qua nigris pallet abyſſus aquis  
Iocane quod tetrici poſſint audire catones.  
Quod probet hippolyti penelopeſq; pudor.  
Tunc ago te vatis dignis cognomine dicam *ego. ſignum*  
Tunc tua cantari digna poeſis erit  
Tunc helicon bibes: caſtiſq; rigabere lymphis  
Si venus in verſu non erit vlla tuo

¶ Finis

Impreſſum Dauentrię per me Richardum  
patriaet Anno dñi .M.CCCC.v. Decima  
prima die Menſis Aprilis

